

strum concipiendi modum; hinc non idem causa dicitur prior natura, quia independens concipitur, sed quia talis est in se, quia ratione fundamentum, & occasionem præbet nostre intellecti. Ad 3. resp. Ariar. disp. 7. Phyl. sed. 7. causam secundum entitatem, non secundum relationem, dici priorem effectu physico, sine quo esse potest, at effectu, licet inadæquate conceptus, possit concipi, non intellecta causa, adæquate tamen necessario dar intelligere causam, quam præsupponit in esse. Ad 4. ex eodem causa naturalis, ut adæquate concipitur secundum virtutem, & actum primum, quem habet causandam, non requiritur effectum existentem, sed potentem existere, quia est causa naturalis necessario productæ effectum, hoc non est de ratione causæ ut sic, ut patet in causa libera, & saltem postea. Deo impeditur, at effectu, quia concipitur existentem, necessario etiam præsupponit causam existentem; idem causa dicitur prior natura. Hæc tamen, & præcedens responso valent de prioritate secundum veram causalitatem, ubi causa potest esse sine effectu propter distinctionem realem, non in aliis, ubi causa est realiter cum effectu identificata. Quapropter dicimus ad prioritatem naturæ sufficere præsuppositionem in entitate, quia ratione non ita necessitatur intellectus ad intellectionem posterioris præsupponens, sicut necessitatur, intelligendo posterioris, intelligere quoque præsuppositum; unde etiam aliquando prius natura nequeat concipi divisivè sine posteriori, potest saltem præcivè, ita ut quantum est ex se, si aliunde non impeditur, scilicet, ab identitate reali, possit esse sine illo. Ad ult. hæc instantia proprie non dicunt nisi entitates prioris, & posterioris taliter ad invicem dependentes, & præsupponentes, quæ præsuppositio non dicit quod realiter distinctum ab illis, unde debent explicari per composita.

Quoad 3. prim. Altius Scotus, ut Tromb. in Formal. art. 4. in explicacione hujus prioritatis, quia talem prioritatem ita explicant, ut supradictum est, ut prius sit, vel esse possit in aliquo signo, in quo non est posterior, consequenter asserunt in eodem instanti temporis, si sunt duo instantia nature, post de eodem duo contradictoria verificari, sed non contradictorio modo, nam in primo instanti nature convenit unum contradictorium, in quo non convenit alterum, sed in instanti, unde volunt per instantia nature mensurari rerum existentias, quatenus hoc esse prius natura illo, non est tantum hoc præsupponi ab illo, sed est hoc esse in aliquo priori, in quo simpliciter non sit posterior; hæc tamen modo dicendi P. Faber 1. disp. 25. num. 21. dicit aut, quod in omnibus prioritatibus hoc modo loquendi in illo priori, in quo esse non est ad aliud bene utitur, & per hanc formulam recte explicatur prioritas.

35. Dicendum est, non posse salvari contradictionem per instantia nature, quæ explicentur per esse in uno instanti, in quo non sit aliud, sed solum quod in uno prius intelligitur, in quo non intelligitur posterioris, ambo tamen sunt in eodem instanti temporis, si est ordo nature positivus. Ita major pars Scoti, ut Lich. Tat. super loca Scoti adducta Canon. 1. Phyl. q. 4. art. 2. Rada 1. p. cont. 5. et q. communis quæ Receptoris, & expressè docetur à Scot. 2. d. 1. q. 2. A. & 3. d. 3. q. 1. ad 3. dum duplicem ordinem nature positivæ, & privativam assignat, clarè enim ait privationem dici priorem forma in materia, non quia verè in priori nature inhi materia; sed quia inesse, nisi per adventum forme impeditur, quod non esset verum, si instantia nature mensurarentur existentias, nam posset dici verè privationem inesse materie, & in 2. instanti expelli à forma, & probatur simpliciter, contradictoria simul esse in eodem, sed quæ sunt in eodem instanti temporis, quæ in diversis instantibus nature simul sunt, ergo &c. Tum quia quod est posterioris nature, vel coexistit toti instanti temporis, vel parti, si secundum, ergo indivisibile haberet partes primum, ergo quia prius natura coexistit eodem instanti, iam prius, & posterioris nature simul existit, ut non possit dici in aliquo signo prius esse, in quo non sit posterioris. Neque dicas instantis temporis esse virtualiter divisibile, quia ratione poterit unum coexistere secundum unam partem alterum secundum aliam, ut est in anima. Nam hanc virtualiter divisionem respiciunt disp. 9. Phyl. q. 2. art. 1. contra Salmaticenses ponentes in continuo puncta tumentia. Tum quia non duo, sed plura instantia nature assignantur in eodem instanti temporis, quæ si dicentur veram successione in existentia à parte rei, non videtur, quomodo poterit salvari indivisibilitas instantis durationis; posset enim quis dicere instantis temporis esse unum ex illis instantibus nature.

Tandem, quia sequeretur in eodem instanti temporis materiam esse sub diversis formis, eundem hominem simul vivum, & mortuum, in peccato, & in gratia, immo genus sine specie, & speciem sine individuo, quæ sunt absurda contra, prob. quia hæc omnia salvari poterant per aliqua instantia nature, vide disp. 4. Phyl. ubi de hac re egimus q. 4. 36. In oppositum Tromb. ex 5. Met. 16. ubi per comparationem à posteriori definit prius, & 7. Met. 3. & 4. probat substantiam esse priorem accidente, quia potest esse sine illo, ergo non repugnat prius esse in aliquo signo, in quo non sit posterioris. Tum 2. mutatio instantanea non est sine suis terminis, quæ sunt forma, & privatio, ergo in eodem instanti temporis erunt hi termini in subiecto, nam quod privatio præcessit in tempore antecedenti, est de per accidens mutatione instantaneam, quia posset Deus creare materiam, & in eodè instanti inhi in illa materia habuisset privationem; idem etiam sequeretur, si aliqua creatura fuisset ab æterno producta, cuius non esse natura præcederet esse. Tum 3. quia verè ab intellectu unum abque alio concipitur, ergo non sit illius intellectus, ita se debent habere à parte rei.

Resp. Aristot. loci de priori natura prioritate causalitatis, quod cum sit realiter à posteriori distinctum, rectè explicat illud per fo-

parabilitatem, ex qua arguitur independentia, non per separationem actus, aliter esset prius tempore, non mutua. Ad 2. patet ex dictis disp. 15. Phyl. q. 4. ubi ostendimus terminum à quo debere tempore præcedere formam in materia, aliter nullus esset mutatio, quæ de per se ad mutationem requiritur, quod materia prius tempore dicitur privata à se, proinde disp. 14. q. 1. art. 1. negativum cum Scot. 2. d. 1. q. 3. in creatione ab æterno esse aliquam mutationem, & si non esse dicitur natura præcedere, hoc est in instanti nature, privativo non positivo. Ad 3. illa conceptio non est divisiua, sed præcivæ, quatenus unum intelligitur, non quidem sine alio, sed alio non intellecto, ad quam, ut sic vera, non requiritur actualis separatio à parte rei.

ARTICULUS II

Quid sit prioritas originis.

37. Hinc prioritatis modum non assignavit Arist. quoniam in creatis non reperitur abque causalitate, quod enim est altero prius origine, est etiam illius causa, ut videmus, unde ad prioritatem causalitatis in sententia ipsius habet reduci; at secundum veritatem, quia datur productio abque imperfectione, & dependentia, sicut ratio producitur, quæ nullam includit causalitatem, idcirco Theologi præter ordinem nature aliam posuerunt originis appellatum, qui in hoc formaliter consistit, quod plura duntur inter se ordinata, eo quia unum est ab alio tanquam à principio procedente, unde dicitur ordo à quo aliud, & quia Filius in divinis est à Patre, idem originatus dicitur à Patre; & hic est ordo perfectus, & per se est originis; datur enim alii ordines originis, qui non simpliciter, sed secundum quid originis duntur, quia non sunt inter originis, & originatum, sed inter originatos ipsas, sed de his in Theologia, sufficit modo ordinem originis simpliciter explicare.

Dubium est, an quæ sic ordinata intelliguntur, possint dici priora, & posteriora. Thomistæ negant cum D. Th. 1. p. q. 42. art. 3. eodè quod putant prioritatem, & posterioritatem involvere semper inæqualitatem, imperfectionem, & causalitatem, quæ omnia sunt à Deo removenda, & tamen ponitur originis ordo, Scotus affirmat præcipue 1. d. 5. q. 2. O. d. 12. q. 2. & 28. q. 3. F. & 2. d. 1. q. 1. H. & aliis in locis, quem ferè omnes Recentiores sequuntur Canar. 1. p. q. 42. art. 3. Zamel ibi. Suarez disp. 12. Met. sect. 1. n. 8. & 9. Vals. 1. p. disp. 168. Hart. disp. 7. Phyl. sed. 6. Ariar. 7. Phyl. sed. 7. Amic. tr. 19. q. 3. dub. 7. & alii, & quamvis hæc questio de nomine, nam esse prius origine alie solum intelligimus ab illo aliud originari, & procedi, & esse posterioris conceptus esse ab alio productum, non à se, modo verè Filius in divinis est à Patre, & Pater producit Filium secundum omnes, & solum est discrepantia, quod non possit dici Pater prior, Filius posterior, quare in re conveniunt omnes, & differunt in modo loquendi; probatur, tamen, quod hic ordo originis, five sit cum causalitate mixtus, five simpliciter, inferat prius, & posterioris; nam ut arguit Mayr. 1. d. 12. q. 2. art. 1. & 2. ubi ponitur aliquid ordo, ubi ponitur prius, & posterioris, quia ordo est inter ea, quæ non sunt simul, quia ratione ordinata secundum ordinem nature non dicuntur simul natura, nec ordinata ordine originis sunt simul origine, at ubi non est similitas, ibi est prius, & posterioris, ergo ordo eundemque etiam in divinis inferat prius, & posterioris in tali ordine. Tum quia principium, & si non dicitur habitum causæ, semper est prius termino ea ratione, quæ est principium, unde privatio est non dicitur causa generationis, sed prior generatione, ergo principium originans, etiam ut à causalitate præcedit, est prius originato. Et tandem quia hic loquendi modus Sanctis Patribus comprobatur, nam præcipue Basil. 1. cont. Eunomium loquens de divinis personis ait, Nam in his priorem esse causam dicimus, posterioris vero, quod ab ipsa est, quamvis igitur factio rationem habet, verum in his negare, in quibus est prius, & posterioris non positione nostra, sed naturali quadam consecutione?

38. Datur igitur prioritas originis quæ formaliter dicitur à quo, præcedens à prioritate nature, & in quo, non quod nequeat cum illa reperiri, ut videtur docere Hurtad. nam ut optime arguit Ariar. ex hoc, quod aliquid ab alio præcedit, non ob id dicitur illi incompossibile, si eundem videamus, quod productio in sua ratione formaliter præcedit à causatione, & ut sic reperitur in divinis, & tamen ad eam creatis cum causatione, quæ propter causam efficiens non solvant dicitur prior prioritate nature, & in quo, sed etiam prioritate nature, & à quo, unde generatio vivens definitur solet, quod sit origo vivens à vivente, & effectu dicitur originatus, & posterior tam natura, quam origine sua causa; in divinis verò principium productivum, sicut non dicitur causa, neque erit prius prioritate nature, cum Pater, & Filius sit solum natura, sed tantum prioritate originis, & à quo, solum enim prioritatem temporis, vel nature excludere debemus à divinis personis.

39. Hinc patet, non esse omnino vanam distinctionem illam à pluribus Scotiis receptam de signis originis in quibus, & à quibus ut ait P. Faber 1. disp. 15. n. 21. ubi contendit prioritatem originis esse prioritatem in quo, licet non in ordine ad durationem, & non bene explicari per à quo, quia Doctor ponit signa originis inter intellectum, & voluntatem, & generationem, ac inspirationem, quorum unum non est ab alio. Sed tanè fallitur, quia Scot. formalitatem hujus prioritatis perpetuo explicavit per à quo, & forte nunquam per in quo, unde 1. d. 12. q. 2. ait patrem prius origine filio spirare, & filium posterioris, quia pater, à se, filius ab alio spirat, & 2. d. 1. q. 1. ait patrem

rem prius origine filio intelligere lapidem, quia pater à se, filius ab alio intelligitur, & quod 3. O. ait prius origine causare, est causare à se posterioris est causare ab alio, expressus 1. d. 10. q. un. in finitè distinguendo inter instantia originis non distinguuntur inter durationem, & durationem, sed instantia à quo quis sit, & quod 4. S. De primo ait, ordo autem originis non requirit nisi quod hoc sit ab hoc, sicutiam alibi frequenter verum tamen est ut observat Rada 1. p. cont. 5. Doctorem aliquando per signa originis intelligere signa nature, & in hoc sensu inquit intellectum origine præcedere voluntatem. Bene ergo distinguebatur illi Scoti de signis originis à quibus, & in quibus, nam in divinis dicitur à quibus, in creatis vero, ubi originatus est cum causationis connexa, dicitur in quibus, quæ est prioritas in quo.

40. Dicesis filius in divinis est origine posterior, non erit in primo signo originis quid formaliter dicat hæc prioritas, & posterioritas originis, an scilicet quid distinctum ab ipsis originibus, an aliquid idem. Respond. 1. cum filius dicitur esse in secundo signo originis, non in primo, non est sensus, quod non habet existentiam etiam in primo, sed solum quod non habet esse à se, hoc enim significat esse in primo signo, sicut cum dicimus homo in primo signo natura non est in primo, sed in secundo instanti, non est sensus, quod tunc verè non habet ribilitatem, sed quod non habet illam intra essentiam, hoc enim denotat 1. in primo instanti nature; tamen ut omnia equivoque tollatur rectius erit instantia nature explicare per verbum intelligi cum præcivè, & instantia originis per esse à se, vel ab alio. Ad 2. Verè ait hoc prius, & posterioris dicere entitates extremorum, quæ ex seipsis habent hunc ordinem, quatenus origina passiva fortè malitè est respectus denominans originatum, quod ab alio, quod est esse posterioris origine, originatio activa est respectus denominans productens à quo aliud, quod est esse prius origine; hinc, Sco. 1. d. 28. q. 3. F. paternitas tem ait formaliter esse prioritatem originis; at Mayr. ubi ordinem esse quid distinctum saltem tanquam passionem ab ipsis originibus, primam videtur probabilis, quamvis ab Amic. secundum magis, approbatur; sed de hoc alibi.

Tandem pro complemento hujus quest. advertere debemus ex Sco. 2. d. 1. q. 1. H. q. 4. art. 2. quod ex his modis prioris solum prius tempore respicit durationem, alia præcedunt, & præcipue prius natura, & origine de quibus frequenter est in scientiis sermo, quia in eodem instanti temporis possunt aliquid esse priora, & posteriora natura, quia causa, ut causa, non necessario debet tempore præcedere effectum, sed sufficit, ut in eodem instanti temporis sit, quomodo dicitur adhuc prius natura effectu; possunt quoque dari plura instantia originis, quare hi tres ordines sunt subordinati, ut cum similitate temporis hæc prioritas nature, non è contra, cum similitate nature hæc prioritas originis, non tamen necesse est, converso cum prioritate originis stare prioritate nature, ut diximus, de hac prioritate vide plura apud Bonet. 16. Met. cap. 2.

QUESTIO III.

De modis similitatis.

41. Explicat Arist. post modos priores, tres modos similitatis, quibus aliqua simul esse dicuntur, non quod tres duntaxat sunt

DISPUTATIO DECIMA De Enunciatione.

1. Post explicacionem Prædicamentorum, ubi de principiis remotis syllogismi, scilicet de terminis, subjungit Arist. libror de Interpretatione, in quibus de principis propinquis, quales sunt Enunciationes, sermone instituit, ut possit deinde ordinatim ad structuram totius syllogismi declarandum progredi in lib. Prior. inscriptis autem horum libror Interpretatione, Græcè verè Perihemeras, non quidem prout Interpretatio dicitur vocem articulatam prolata cum intentione aliquid significandi, ut notat Doctor hic q. 1. nam sic etiam in complexis convenit, transcenditque limites horum librorum, sed prout dicitur vocem articulatam significandam aliquid esse, vel non esse, seu significanter verum, aut falsum, quomodo cum Enunciatione vocali coincidit; non quod ipsa vocalis Enunciatio hic per se consideretur, quia ex dictis q. Proem. Logica non est per se de vocibus, sed solum ut expressiva sunt mentalium conceptuum, quæ ratione de vocibus, & signis multa docuit Arist. Neque esse necesse, ut semper librorum in scripto à fine, & subiecto desumatur, ut q. cit. diximus. Ex quibus deducitur subiectum in his libris esse Enunciationem mentalem, ut per vocalem exprimi potest, communem categoricæ, & hypotheticæ, ita Doctor cit. Ant. Andr. ibid. T. at. q. 1. 8. Dubitatur primo, Jo. de Magistris ibid. Ravius in proem. horum lib. Blanc. ibid. & alii, quod patet, nam hic agitur de principis syllogismi propinquis, ista sunt Enunciationes categoricæ, & hypotheticæ, sicut duplex est syllogismus categoricus, & hypotheticus, de quibus agit Arist. in lib. Prior. & quomodo de hypothetico prolixam tractationem non instituerit, ut fecit de categorico, non ob id sequitur de illo per se non egisse, quia syllogismus communis ratiocinetur instrumentum tertie operationis intellectus directus, unde datur quoque demonstratio hypotheticæ, quæ dicit ad impossibile, de qua locutus est 1. Post. pauca tamen de hypothetico syllogismo explicavit, quia reducibilis est ad categoricum, qui magis ostendit, & per se conclusit, quæ ratione etiam in his libris non multum de hypothetico propositione differunt. Tum quia hic determinata propter ipsam absolutè sumptam determinatur, nam agitur de nomine, & verbo, ut de partibus integralibus ejus, de Oratione, ut de ipsis genere, ejus definitio proponitur, species assignantur, & declarantur, & tandem proprietates ipsius explicantur, ut oppositio, æquipollentia, conversio. Et quoniam de his omnibus fere egimus in 1. p. Instit. tract. 2. ubi multas dubitationes resolvimus, hic nonnulla solum de Enunciationibus dicimus, data opera ibi prætermittenda, ut potè altiori indaginis.

QUESTIO PRIMA.

An Enunciatio sit Ens reale, vel Rationis.

1. Supponimus distinctionem illam Enunciationis in mentale, & scriptam, quarum due posteriores non lumum

modi simul, quia cum opponatur priori, & quot modis dicitur unum oppositorum, tot dicitur & reliquum, totentur modum simul, quot modi prioris; sed quia alii, ut not. Doctor q. 43. prædicam. ex modis prioris sufficienter haberi possunt, vel quia sufficere Arist. ponere modum illos, qui sunt ad propositum, & prædicamentis inferuntur.

Primo modo aliqua dicuntur simul tempore, quæ scilicet sunt in eodem tempore, & dicuntur simul inceptio, & si verè aliqua sint in eodem tempore existentia, quamvis unum prius altero inceptis, possunt dici simul tempore in duratione, & conservatione. Secundo modo quarundam dicuntur simul natura, ad quæ duas conditiones exigit Arist. prima est, quod dicantur ad communi ventum, secunda quod unum non sit causa alterius, ut hæc habent relativa mutua; quæ ut sic formaliter accepta sunt simul natura, quæ conditiones tetigit Doctor 1. d. 28. q. 3. F. dum explicans similitatem nature relativorum, ait consistere in hoc, quod unum non possit esse sine alio abiq; contradictione, & ab intrinseco, dum dixit unum non posse esse sine alio, innuit primam conditionem, quæ non sufficit, nam etiam subiectum, & passio ita se habent, & tamen subiectum est natura prius passione; dum addidit abiq; contradictione, & ab intrinseco, denotavit secundam conditionem, quod unum non sit alterius causa, quia causa ab intrinseco est prior causato, nec est de ratione causæ, quod sit necessariò conjuncta cum effectu.

Dices, datur duplex prioritas nature, unam secundum inconventientiam consequentem alteram secundum causalitatem ex dictis q. præc. art. 1. cum ergo similitas sit prioritati opposita, quæ secundum convenientiam dicuntur, habent similitatem oppositam primæ prioritatis, ergo simul natura dicuntur, quæ tamen unum sit causa alterius. Resp. quod sicut prima prioritas non dicitur rigorose prioritas nature, sed largè, ita similitas illi opposita erit largè similitas nature, Arist. autem assignavit conditiones propriæ similitatis nature.

2. Tertio modo quarundam dicuntur simul divisione, ut sunt due differentie ex equo dividentes idem genus in species per eas constitutas; tunc autem due differentie ex equo dividunt genus, cum equè proximè dividunt, non media alia differentia vel specie, ut rationale, & irrationale immediatè, & ex æquo dividunt animal, non verò rationale, & aquatile, nam aquatile dividitur animal, ut contrahitur per irrationale. Hæc similitas daretur quoque nature, hoc est, ut aliqui explicant, similitas in natura communi, quia similitas specierum univèrsaliter debet attendi in natura communi generis, in qua conveniunt, non in propriis differentis specificis, nam alique species sunt, quæ secundum proprias rationes formales præsupponuntur aliis, ut in quantitate linea præsupponitur superficiæ, & superficies corpori, in qualitate actus præsupponitur habitibus, ac proinde non sunt simul natura. Sed melius dicitur, sub hoc modo Arist. non omnem speciem comprehendere, imò excludere species illas quæ aliis præsupponuntur in suis rationibus propriis, nam si species considerasset solum, ut in natura generis conveniunt, ut sic non possunt dici plura simul esse univèrsaliter igitur differentie dicunt simul divisione, & natura, quæ immediatè dividunt genus, & non una alteri præsupponitur, ut ipse Arist. explicat in textu. Quæ ratio optime Doct. q. 43. cit. docuit hunc modum esse oppositum etiam prioritati nature, ut hæc dicit ordinem quandam naturalis præsuppositionis, quamvis Toletus ipsum opponat prioritatis ordinis.

tur hic materialiter, ut dicunt voces illas articulatæ, & characteres formatos, quo sensu nulli dubium est esse entia realia, sed accipiuntur formaliter, ut scilicet dicunt significationem ex libere hominum beneficio illis convenientem. Prima sententia asserit enunciationes omnes esse entia realia, tam mentalem, quam scriptam, & vocalem, ita Blanc. disp. 1. de Enunc. sec. 1. Se.

Secunda, affirmat de mentali, negat de aliis, ita Mas. hic d. de ora. q. 2. Addit Ruv. q. 2. quod licet mentalis quoad a sum intellectus fit ens reale, tamen si spectetur ut substat ordinationi in ratione (subiectum) & predicati, in qua ratio enunciationis consistit, est ens rationis, ab illa opin. parum distat Amic. tract. 2. disp. 2. q. 2. dub. 2. est; con-

3 Facilis tamen est solutio huius quæst. Nam enunciação vocalis, & scripta formaliter accepta non sunt entia realia, sed entia rationis materialia, quia si solum dicunt relationem signi, non naturaliter significantes, sed ad placitum, quæ relatio est mens denominatio extrinseca ab humana voluntate proveniens ex dictis disp. 2. q. 2. denominatio verò extrinseca, quamvis realis dicitur, non recte tamen dicitur ens reale, ut vult Blanc. hic d. ens rationis materiale, & fundamentale ex dictis disp. 3. quæst. 2. art. 1. Deinde oratio mentalis est duplex, alia formalis, alia obiectiva, formalis est actus ipsius intellectus, quo unum de altero affirmat, vel negat, & consequenter est ens reale, nam actus realiter ab intellectu producit, naturaliter representans obiectum, & fundans relationem veritatis, aut falsitatis ex dictis disp. 3. quæst. 2. art. 1. Oratio obiectiva adhuc dupliciter sumi potest, vel in esse exercitio, & sic dicit obiecta cognita ab intellectu, & ad invicem unita per affirmationem, aut ab invicem distincta per negationem, & quoniam hæc obiecta possunt esse, vel realia, vel rationis, unde propositiones, tam sunt in entibus realibus, quam rationis, idcirco oratio mentalis obiectiva, erit, vel ens reale, vel rationis, quod sit oratio mentalis obiectiva, quæ passiva cognitio erit quædam extrinseca denominatio ab actu intellectus proveniens. Vel oratio mentalis obiectiva sumitur in esse signato, quo sensu erit secundum intentionem enunciationis, cuius definitionem explicavimus i. p. Inlt. tract. 2. c. 3. Ratio est, quia ut sic dicit ordinationem terminorum ad invicem in ratione subiecti, copulæ, & predicati, quod est comparatio obiecta in aliquo attributo rationis exprimentem rem extrinsecam suam ordinem.

4 Rationes in contrarium sunt illarum, quibus prob. significacionem vocum, & denominationes extrinsecas universaliter esse entia realia, vel entia rationis formalia, quæ locis cit. sunt solute.

Ceterum sicut hic d. DD. disputantur enunciação mentalis formalis sit una simplex qualitas, an vero ex pluribus adibus composita, item an intellectus eodem modo ad apprehendat propositiones, & assentiat, an vero diversus sit actus iudicatus ab apprehensio propositionis, & alia huiusmodi, quæ spectant ad exactam cognitionem secundæ operationis intellectus, at tamen est res potius animalis, ideoque ad lib. de Anim. reducimus, solum hic de veritate, & falsitate cognitionis agemus, nam licet ad animalios etiam pertinet, maximam tamen habent a similitudinem cum rebus Logicalibus, nam Logica dicitur scientia discretiva veri a falso, & nunciatio definitur, quod sit oratio verum, vel falsum significans, præsertim igitur naturam veritatis, & falsitatis hic investigare.

QUÆSTIO II

De unitate, & falsitate.

Veritas est triplex, prima dicitur veritas in essendo, & transcendentalis, quia est passio entis, & omnibus rebus convenit, etiam cognitioni falsæ, nam & ipsa est ens reale, de qua veritate agit Metaphysicus secundus, dicitur in significando, & convenit proprie vocibus, & signis, de qua satis diximus disp. 2. & in Inlt. præcipue i. p. tract. 2. c. 3. ubi declaravimus, quo pacto propositio vocalis dici possit vera, aut falsa; tertia, dicitur in representando, seu in cognoscendo, & convenit conceptui intellectus, quando verè exprimit, & representat rem sicuti est, & de illa loquimur hic, & præcipue de veritate, quæ in secunda intellectus operatione reperitur, & licet sit dubium, an veritas reperitur in prima operatione, imò in adibus sensitivis, an vero solum in actu iudicativo intellectus; negari tamen nequit, quin speciali modo huic actui conveniat, quamvis in cæteris etiam admittatur (de quo in lib. de An.) nam iudicium est, cum tamquam principaliori analogato tribuitur veritas, aut falsitas, sicut in vocibus principalibus dicitur veritas convenire propositio vocali, quam voci incomplexæ, quæ ratione Arist. i. de interp. c. 1. & 3. & 9. Met. c. ult. 3. de An. c. 6. videtur veritatem, & falsitatem tantum secundæ operationis tribuere, & hæc veritas dicitur conformitas conceptus representantis ad obiectum in se, ut dicemus art. 3. sicut falsitas negationem talis conformitatis, & disformitatem ad obiectum.

ARTICULUS I

An veritas sit in conceptu formalis, vel obiectivo.

Qualibet intellectione tria præcipue, ut ad præsens spectat, interveniunt, ad intellectio ipsa, quæ dicitur conceptus formalis, est obiectum cognitum, ut cognitum, & terminus intellectus, & dicitur conceptus obiectivus; & a. est obiectum in se consideratum: veritas nequit consistere in conformitate conceptus formalis ad obiectivum, ut communiter concepitur, quia ab eo, quod res est, vel non est, ratio dicitur vera, vel falsa ex cap. de subst. rem quia nulla cognitio esset falsa, nam quælibet ita representat rem, sicut res præsentatur in conceptu obiectivo, & per consequens quælibet talem habet conformitatem: tum quia esset conformitas eisdem ad seipsum: nam esse obiectivum realiter est ipsamet co-

gnitionis actus constituit rem in esse obiectivo. Cum igitur conformitas ipsa sumi debeat in ordine ad rem in se, sequitur terminus istius conformitatis, ut art. 3. dicimus, quæritur de subiecto, quod sit conceptus formalis, vel obiectivus.

Durand. i. d. 19. q. 3. Hervæus quol. 3. q. 2. art. 2. & 3. Vaf. i. p. disp. 76. Blanc. disp. i. de Enunc. sect. 4. & ex nostris Vulp. i. p. tom. 2. disp. 32. art. 4. Bonet. 5. Met. ca. 2. insinuat veritatem fundari in conceptu obiectivo ad rem in se. Ex altera parte Suarez. disp. 8. Met. sect. 1. Cajan. Cajet. i. p. q. 16. art. 2. Ferrar. i. cont. gent. cap. 59. & 60. & alios asserit convenire conceptu formalis, quæ opinio est etiam Mol. i. p. qu. 16. disput. 1. Font. a. Met. c. 2. q. 6. sect. 7. & 8. Combr. i. de interp. cap. 1. qu. 5. art. 1. Moril. disput. 10. Log. qu. 8. Amic. tract. 2. disp. 1. qu. 2. dub. 1. Hurt. disp. 9. de Anim. sect. 1. & ut veram supponit Arriaga disput. 14. Log. per totam sect. 1. ex nostris tibus illam amplectuntur P. Faber de pœnit. disp. 9. num. 23. Cavellus de An. disp. 3. sect. 6. Tat. 3. perihem. 1. dub. 2. Ant. And. ibid. q. 3. & 6. Met. q. 6. Smifin. tract. 4. de Deo uno disp. 1. num. 29. & ipse Vulp. art. 10. eam videtur docere. Adit Averis secundario saltem, & minus principaliter convenire etiam conceptui obiectivo, quæ quæ 3. Log. sect. 4. idem ferè asserit Meurise lib. 2. Met. c. 3. q. 2. concl. 3. imò nullum poni i. scrimen inter hæc opiniones, nisi in modo loquendi, quod Faber citatim docet.

7 Dicemus veritatem propriè, & formaliter ac denominatione intrinseca esse in conceptu formalis, in obiectivo vero solum dependente a formalis, & intrinseca denominatione. Prima pars est expresse Scot. Met. 9. 3. in fine, & in i. d. 3. q. 3. C. ubi habet hæc verba: Quod potentia cognoscens assimilatur cognito, verum est per alium suum cognoscens, qui est quædam obiecti similitudo, quod explicat exemplo veris, nam as a similitudine Cæleri per figuram inducuntur, in qua consistit ratio imaginis, & quæ 7. s. ad quædam respondet, probat obiectum activè concurrere ad intellectum, quia est ipsius similitudo, quod etiam asserit q. 8. ad 2. & quol. 3. D. docet ad modum dicere ad obiectum relationem mensurabilis ad mensuram, & dependere tali dependetia, qualis est visus, quod est similitudo per mutationem, vel participationem ad illud, cuius est similitudo, sed veritas, quæ loquimur, est similitudo, seu conformitas ad obiectum, ergo obiectum veritatis de mente D. est formalis conceptus: quol. 18. s. ait, quod eadem veritas formaliter est ipsius intellectio, & quæ derivatur in obiectum, ut est in intellectu: ex illa doctrina elicitur probatio conclus. nam conceptus formalis est species, & imago expressa obiecti, sicut species impressa dicitur imago virtualis obiecti, dependet ab obiecto in ratione mensuræ ipsam representat, ergo fundat formaliter conformitatem ad obiectum, & veritatem. Tum quia sicut se habet oratio vocalis ad res ipsam significans, ita conceptus formalis ad obiectum, nam sicut oratio est signum ad placitum significans res, ex dictis disp. 2. qu. 1. ita conceptus est signum naturaliter representans, sed veritas orationis non consistit in conformitate rei, ut significat per orationem ad seipsam, ut in se, sed in conformitate ipsius orationis ad rem in se, ergo idem de veritate conceptus formalis dicendum; min. malè negatur a Vulpes; nam præterquam quod asseritur ab Arist. in prædicam. c. de subst. Ex eo, quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, probatur adhuc, quæ ratione signi est in se fundare relationem signi ad signatum, ut ipsem conce dit art. 1. num. 7. cum Scot. 4. d. 1. qu. 2. D. sed oratio vocalis est signum rei, & si est vera, dicitur signum verum, & conforme, ergo & c. Tum quia quædam denominatur vera, non res cognita, et ergo veritas est in cognitione.

Nec valet, quod ait Blanc. veritatem esse in obiecto cognito, ut in subiecto in hæcognitione, in cognitione, ut in subiecto denominationis, sicut visio est in oculo, & denominat parietem visum. Non valet, quia potius res est contra se habere, quod scilicet res cognita dicitur conformis a conformitate cognitionis, nam ut notat Averis, sicut hæc causalis est vera, ideo res cognita representatur, quia cognitio ipsam representat, & esse representat in se dependet a representatione activa cognitionis, ita ipsa alia est vera, ideo res cognita representatur conformiter, & verè, quia cognitio illam verè, & conformiter representat, ergo potius denominatio veritatis in cognitione erit intrinseca a veritate in ipsa existente, quam extrinseca a veritate existente in re cognita. Confirmari pari, quia actus voluntatis non dicitur bonus formaliter bonitate obiecti voliti, sed propria bonitate, neque dicitur liber formaliter libertate ad potentiam inferioris, & subordinatæ, quia hæc est libertas dependens, & participata, illa independens, ergo neque cognitio erit vera formaliter veritate conceptus obiectivi, quæ est dependens a cognitione. Tandem creaturæ in mente divina habent esse obiectivum verum, & tamen divina veritas est in cognitione Dei, non in creaturis cognitis, ergo idem de cognitione creata, & eius obiectivo dicendum.

8 Secunda pars colligitur ex Scot. quol. 18. s. & ex i. d. 4. 9. in fine, ubi ait: quod veritas intellectus non dependet, nisi a ipsa obiecto, quod obiectivum, si ita se habet, sicut intelligitur, veritas est intellectus, & alius in locis a Vulpes citatis, & satis liquet ex dictis, quia conceptus obiectivus dicitur conformis rei in se, dependente tamen a conceptu formalis, qui non recte representaret rem, neque recte res in conceptu obiectivo representaretur; ergo in isto crita aliqua veritas secundaria, in illo primaria; hæc spectat axiomata Aristotelicum. Propter quod unumquodque tale, & illud magis.

Sed contra arg. quod veritas sit in re, & primario. Tum quia quod est tale representatur, representatum dicitur formaliter taleat imago dicitur sima representativa, ergo homo representatus non possunt

maliter simus, sed cognitio dicitur vera representativa, quatenus representat verum ens, & quia ens veritas est veritas in representando, ergo res representata erit formaliter vera. Tum 2. quia ex quo, quod res est, vel non est oratio dicitur vera, vel falsa, id est ex eo, quod res est in intellectu conformis sibi, ut in se existit, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa, ergo veritas conceptus obiectivi est ratio veritatis cognitionis. Tum 3. concepta conformitate rei cognitæ sibi ipsi in re existente concipitur intellectus verus, ergo veritas in tali cognitione consistit, patet conseq. per locum ab effectu formalis ad causam formalem. Antec. prob. quia tunc nequit concipi intellectus falsum, ergo concipitur intellectus verus. Tum 4. oratio vocalis est signum rei veræ, sed oratio est conformis in representatione cognitionis, ergo, & c. Tum 5. veritas est intellectui præsentetur, sed hæc in hoc consistit, quod res est conceptus obiectivi, ergo in tali conceptu fundatur veritas. Tum 6. si ex eo, quod cognitio representat, dicitur formaliter vera, ergo species intelligibilis, & sententia, quæ repræsentat rem, sicuti est, esset formaliter veræ; quod est falsum, alter veritas non esset passio secundæ operationis, & propositionis. Tandem uria, quia est signum sanitatis animalis, dicitur sana sanitate animalis, non propria, quia cognitio cognitio est signum veritatis rei, non habet in se veritatem.

9 Respondeo, a. assumptum valere de prædicatis ab ipsa representatione diversis, ut patet in exemplo adducto de simitate, non verò de ipsa representatione, non enim sequitur, imago est representativa Cæleri, ergo Cælar est representativus formaliter, modo veritas cognitionis est ipsa representatio conformis rei, & idem est veritas cognitio dicitur vera representativa, ac cognitio verè representat, etque confusio intrinseca, quæ propter sicut imago dicitur representativa in ipsa formaliter existente; idem de cognitione dicendum. Ad 1. non rectè explicatur autoritas illa a Blanc. sensus enim est, quod oratio est vera, si conformis est rei in se existenti, falsa, si non est conformis, Ad 3. distig. antec. concipitur intellectus verus primario propter talem conformitatem, negatur, quia dicitur verus primario a conformitate conceptus formalis, sicut per talem conceptum dicitur primario rem exprimerè; secundario, & consequenter quatenus ad conformitatem conceptus formalis consequitur conformitas conceptus obiectivi, & concedimus. Ad 4. oratio est signum rei veræ veritate in essendo, non representando, de qua loquimur; neque oratio est signum rei conceptus rei in se, ut disput. 2. q. 1. Ad 5. vera est minor de conformitate conceptus obiectivi, non est primaria, ideo enim res præsentatur intellectu, sicuti est, quia cognitio sic illam repræsentat, & exprimit, quæ representatio est primaria veritas. Ad 6. patet ex dictis ignitio quæ, quomodo veritas alius eadem commeterè possit, & arguit, etiam si formetur conceptus conceptum obiectivum. Ad 7. paritas consistit in hoc, quod licet una solum sit extrinseca, denominatur sana a sanitate animalis, quæ dicitur sanitas in essendo, ita cognitio extrinseca dicitur verà a veritate rei in essendo, quæ est ratio, & causa veritatis cognitionis, cum hoc tamen sit quod formaliter, & intrinseca dicitur vera propria veritate in representando, de qua loquimur, quo sensu etiam unita (licet sic dicere) possit dici intrinseca, & formaliter sana sanitate in representando; imò argumentum urget contra conceptum obiectivum, qui verus dicitur, quatenus ordinem dicit ad veritatem rei in essendo. Alias rationes adducit Vulpes ex quibusdam locis Dodorisi desumptas, sed tantum probant in conceptu obiectivo reperiri aliquam conformitatem, quod concedimus, non tamen ostendunt primatatem conformitatis.

ARTICULUS II

An enunciação possit de vera mutari in falsam, & contra.

Propositio difficultas præcipue de Enunciatione mentali, & cognitione complexa, quia Enunciação est triplex, necessaria, impossibilis, & contingens, ipsa, vel est de præterito, vel de præsentem, vel de futuro, propositio de præterito alia est, quæ determinatam, & certam partem temporis significat, ut Petrus per totam horam studet, alia, quæ indeterminatam, & confusam temporis partem significat, ut Petrus studet, cognitio etiam est duplex ex Scot. quol. 13. art. 2. alia intuitiva, quæ causaliter ab obiecto existente, ut existens est, alia abstractiva, quæ abstractivè ab existentia obiecti, & de his omnibus loqui debemus, & sensus quæstio est, num veritas in enunciatione de vera in falsam possit successivè mutari, vel falsitas in postquam vera est, & mutari nequit successivè hoc modo in falsam, potuerit eadem propter numerum ab initio esse vera, vel falsa: de propositione vocalium diximus in x. p. Inlt. tract. 2. cap. 3.

Et ut certa ab incertis separamus enunciationes, necessariae sunt adeo veræ, & impossibiles sunt adeo falsæ ex sui natura, aut veræ neque mutari in falsam, vel è contra, idem dicitur de adibus circa illas, ratio est, quia necessaria veritas in ipsis provenit ex ipsa necessitate, & immutabilitate obiecti, quod non possit aliter se habere, quia essentia rerum sunt invariabiles, & ideo propositiones de prædicatis prædictibus ad essentiam rei in primo, vel secundo modo, nequeant non conformari obiecto; & è contra propositiones in materia impossibiles propter repugnantiam terminorum non possunt

conformari obiecto. Hac de causa dicuntur æternæ veritatis, vel falsitatis, quatenus si fuissent etiam ab æterno prolatae, semper fuissent veræ, aut falsæ, unde copula dicitur absolvi ab omni temporis differentia, ut docuimus in x. p. Inlt. tr. 1. c. 11. 12. Rursus, actus intuitivus, quo videtur Petrus currere, non potest successivè mutari de vero in falsum, quia Petrus Petri existens se habet ad actum intellectus vel obiectum formale, & motivum, iudicat enim intellectus Petrum currere, quia ita experitur esse a parte rei, & non movetur ab aliqua conjectura diveria, ut facit in actu abstractivo, & ideo celsante curia a parte rei, celsat etiam actus intuitivus, qui dependet ab eo. Similiter propositiones contingentes de præsentem significantes certam temporis differentiam sunt adeo veræ, ut non possint successivè in falsam mutari, quia si in uno instanti illius horæ Petrus, v.g. non fluderet, propositio, Petrus studet per totam horam, est absolute falsa, nam se habet ut propositio copulativa copulans omnes partes illius horæ cum studio Petri, ad falsitatem verò copulativæ sufficit, ut una pars sit falsa. Remanet igitur difficultas de propositione contingenti de præsentem consulam temporis partem significante, an possit successivè de vera fieri falsa, & de propositione contingenti de præsentem significante certam partem temporis, ac propositione contingenti de præterito ab initio an potuerit esse veræ, vel falsæ; & de propositione de futuro dicemus infra.

Negat Hurtad. disp. 9. de Anim. sect. 3. & 4. Ovid. controv. 7. de Anim. pund. 2. Smifin. de Deo Uno tract. 3. disp. 1. nu. 32. non solum propositionem contingentem successivè fieri posse de vera falsam, sed etiam posse ab initio fieri falsam; quæ modo est vera, aut è contra, unde asserunt hanc propositionem v. g. Petrus currit, ita essentialiter representare se sui natura cursum Petri, ut si Petrus non curreret, & ab intellectu pro eò repòre eliceretur illa propositio, (quæ propter non existentiam cursus Petri esset falsa) non esse, inquit, eandem, sed diversam ab illa. Averis tamen qu. 2. Log. sect. 7. & Arriaga, disp. 14. Log. sect. 1. & admittunt propositionem contingentem ab initio posse esse veram, aut falsam, negant verò posse de vera in falsam; aut è contra successivè mutari, quod sequitur Poncius hic.

12 Dicimus tamen propositionem contingentem de præsentem, & de præterito eandem numero ab initio potuisse fieri veram, aut falsam, at illam de præsentem indeterminatam partem temporis significante eam successivè posse de vera in falsam, aut è contra mutari. Conclusio aperit docetur a Doctore 4. d. 3. qu. 2. V. dicente veritatem esse propositioni accidentalem, ut possit adesse, & abesse, esseque communis tum apud veteres, tum apud recentiores, ut Suarez disp. 8. Met. sect. 2. Ruv. i. p. Perihem. c. 4. q. 5. & probabiliorem putat Amic. tract. 2. disp. 4. q. 1. dub. 2. & universaliter quicumque veritatem realiter a propositione distinguunt, uno excepto Cavello, disput. 3. de An. sect. 8. qui ut veriorum excellentiam distinguunt formalem inter cognitionem, & veritatem, admittit adhuc respondendo: arg. posse ad eam mutationem obiecti veritatem amittere, & in falsam mutari.

Prima pars conclus. quod potuerit propositio contingens ab initio esse vera, aut falsa, probatur, quia inter propositiones contingentes, nulla est, quæ majorem necessitatem habeat, quam præterita, quia absolute nequit fieri, ut præteritum non fuerit, & tamen adhuc contingens dicitur, ergo propositio tam de præterito, quam de præsentem contingens ab initio fuit indifferens ad veritatem, & falsitatem. Prob. conseq. hæc est differentia inter propositionem necessariam, & contingentem quod illa est ita vera ex sua natura, ut nullatenus fieri possit falsa, & è contra: hæc vero indifferens sit ad veritatem, & falsitatem quod manifestat hoc nomen contingens.

Resp. propositionem dici contingentem, non quia ipsa in se posse esse vera, vel falsa, sed quia significatur prædicati contingenter convenit subiecto, unde tota contingentia se tenet ex parte obiecti non propositionis, & sic insunt, propositionem dici contingentem, non quia eadem possit falsificari, sed quia alia de eisdem terminis potest esse falsa. Contra non tantum ratione materie propositiones necessaria, & contingens dicuntur differre, sed ipsas intrinseca, & formaliter, nam propositio necessaria dicitur scientifica, quia sempiternæ veritatis, quatenus inter extrema ipsius nequit cadere falsitas, sed si hæc propositio Petrus currit, cursu Petri existente sit ita veras, ut non potuerit esse falsam in se considerata, esset sepe veritatis, & per consequens necessaria, & scientifica; quod autem alia falsa reperiri potuerit, puta si Petrus non curriset, de per accidens est illi, si intrinseca, & formaliter ita sit vera, ut absolute non potuerit esse falsa; imò Arist. 9. Met. 22. ex necessitate, vel contingentia rerum insunt necessitates, vel contingentiam veritatis propositionis.

13 Deinde in sent. Hurt. de cursu Petri duæ propositiones affirmativæ formari possunt: essentialiter distinctæ una vera, altera falsa, si Petrus verò currit, intellectus elicit cognitionem veram dicendo Petrus currit, si non currit, & intellectus diceret Petrus currit, hæc cognitio, seu mentalis propositio erit falsa, & essentialiter distincta prima, nam prima est essentialiter vera, secunda est essentialiter falsa. Ex qua doctrina sequeretur, ut plurimum ad eum falsum causari, & a nullo causari, quod implicat, nam cum sit creatum, debet esse ens productum ab aliqua causa, & tamen in sent. Hurtad. nulla posset assignari causa producens. Prob. illa sequela, deur aliquis intellectus, qui ex coniecturis, & motibus moveatur ad iudicandum Petrum currere, cum revera sit falsum, quia